



Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

18. Martij. Quem labor. tenet alienæ salutis occupatum, efficaciùs eum semper modestia humilis, quàm authoritas juverit, vincétque cædendo citiùs, quàm pugnando. S. Ignat. vitæ I. 4. f. 384.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

(83)

17. Martij.

Tantò plus sperandum in Deo , quanto res
magis videntur desperata : ubi deficiunt
humana, ibi præstò sunt auxilia divina.

S. Ignat. vitæ l. 4. n. 2.

Ubi plena opibus turget arca, & mino-
ra frugibus sunt horrea , ibi non est
spes. Ubi omnia ultra votum suppetunt,
ibi non Deo fiditur, sed creaturæ.

Maledictus , qui carneo innititur bras-
chio ; quis fragili se confidat arundini, cùm
columnæ possit immobili spes suas inædi-
ficare ? Et nomen , & robur spes amittit,
dum mediis nitimur, quæ videmus.

Gaudet Deus nos periculis jaçtari , &
ope humanâ destitui patitur : quia spe no-
strâ delectatur, scirique gaudet suo nostra
stare auxilio. Differt opem , ut spem ex-
acuat.

Si opes amisisti , si patronis destitueris,
tum maximè confide, patronus tibi sufficit
unus, sine quo nihil possunt omnes.

18. Martij.

Quem labor. tenet aliena salutis occupat
tum , efficaciùs eum semper modestia

D 6 huz

bumilis , quām authoritas juverit , vim infi-
cētque cædendo citius , quām pugnando . test
S.Ignat. vitæ l.4. f.384.

QUæ in arcibus , eadem etiam in ani-
mis expugnandis plurimūm facit in-
dustria; ut subigantur illæ , & isti depriman-
tur , oppugnaturus se infra oppugnandi po-
des abjectat , absconditus cuniculos agat ,
evertuntur , quæ vi apertæ restitissent .

Paucas in retia sua volucres auceps co-
geret , si fulminaret ; terreret minis , non alli-
ceret . Suavi canendum est fistulâ , quo-
vis non potest , hæc efficiet .

Homo capitur humanitate , nullus ad-
ferus est , qui submissione non provocet
ad amorem , ubi contrâ odium patit arro-
gantia , & fastus contemptum trahit .

Alia aæticæ , alia politicæ militiæ me-
dia sunt , hæc vim apertam opponendo , illæ
se submittendo viam invenit ad victorianam .

19. Martij.

*Pluris tibi sit cuiusvis hominis salus , quām
thesauri omnes universi mundi . S. Ignat.
apud Ribaden. l. 5. c. 8.*

QUod in nobis pretiosissimum est , fe-
rè minimi habemus . Anima , quæ re-
infin-